

73.

IN NOMINE JESU!
SUPPLEMENTUM BREVIARII
THEOLOGICI.
CAPUT XVIII.
**DE ECCLESIA REPRÆ-
SENTATIVA IN CONCILIIS
ET DOCTORIBUS.**

Disputabitur in minori Auditorio Theologorum,
die 19. Octobris, Anno 1644.

PRÆSIDE

JOHANNE HÜLSEMANNO, D.&P.

RESPONDENTE

M. JOHANNE FRIDERICO König

Dresdensi.

THEISIS I.

Autoritas Ecclesiae Universalis erga alias particulares, & cujuscunq;
particularis in suâ diœcesi, non est uniusmodi, sed variat pro ratione
objectorum & subjectorum, ex divina institutione. Potestas & autoritas
cognoscendi publicè de interpretatione scripturarum, seu dogmatis con-
troversis, de ceremoniarum licentia & utilitate hîc & nunc, de excom-
municandis peccatoribus vel recipiendis publicè pœnitentibus, aliisq;
cùm dogmatis, tûm rebus, Pastores & Auditores simul concernentibus,
(quam liceat tantisper dicere potestatem Veridictionis & jurisdictionis)
est subjectivè & radicaliter in toto cætu, non in Pastoribus tantùm. *I. Job.*
IV, 1. Act. XV, 27, 28. I. Cor. X, 15. V, 4. seqq. Matth. XVIII, 18. Contra Pontificios:
Bellar. III. de verbo DEI cap. 3. § 9. III. de Rom. Pontif. 23. seq. & Modernos
Episcopos Anglicanos: Hallum Episcopacie bij divine Right. p. 95. p. 2. §. 19. Montacut.
Antidiatrib. p. 64. § 133. Origin. T. 2. p. 186. 465.

II. Hæc autoritas et si officij ratione præcipue penes Pastores residet,
non tamen in solidum aut exclusivè. Et delegari quidem paucis potest à
tota universitate cujuscunq; particulatis Ecclesiae, unito five plurimum,

S

cum